

322





# B U L L A

N.<sup>RI</sup> SS.<sup>MI</sup> PATRIS CLEMENTIS VII.

Quâ érigit , státuitque Insignem Collegiatam Ecclesiam Divi Patritii Civitatis Eleocratensis in Diœcesi Cartaginensi. Ann. MDXXXIII.

CLEMENS EPÍSCOPUS SERVUS SERVÓRUM DEI  
AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

R.4.232 Regímini universalis Ecclesiæ , meritis licet imparibus, disponente Domino , præsidentes , votis omnium , præsertim Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium , per quæ oppida insignia , & illorum Ecclesiæ Collegiis Ecclesiasticis decorentur , ac in eisdem Ecclesiis die , noctuque collaudetur Altissimus , populi consolatio spiritualis vigeat , atque devotio crescat , libenter annuimus ; ad illos quoque dexteram nostræ liberalitatis exténdimus , quos ad id propria virtutum merita multipliciter recommendant; dum siquidem omnes Canonicatus , & Præbendas , ac Dignitates , cæteraque Beneficia Ecclesiastica , cum curâ , & sine curâ apud Sedem Apostolicam vacantia tunc , & in antea vacatura , collatiōni , & dispositiōni nostræ reservávimus , decernētes ex tunc írritum , & inane , si secus super his , aquóquam quâvis auctoritate , scienter , vel ignoreranter contigerit attentari , & deinde Archipresbyteratum Oppidi de Lorca Cartaginensis Diœcesis , tunc per liberam resignatiōnem dilecti filii Egidii Roderitii Junteròn , aliàs ipsius Archipresbyteratus Archipresbyteri de illo quem tunc obtinebat , in manib[us] nostris spónte factam , & per nos admissam apud sedem eamdem vacante , nos de illo sic vacante , & antea dispositiōni Apostolicae reservato : Dilecto filio Magistro Sebastiano Clavijo , Clerico perpetuo beneficiato in Parochiali Ecclesia Sanctæ Mariæ dicti oppidi , Notario , & familiari nostro provideri sub datis , videlicet , Kalendis Februarii , Pontificatus nostri anno octavo , con-

céssimus: Cum autem dictus Sebastianus concessiōni gratiæ hujúsmodi litteris Apostolicis super ea non confectis , hodiè in eisdem mánibus spontè , & liberè concésserit , nosque concessiōnem hujúsmodi duxérimus admittendam , & prop- terea dictus Archipresbyteratus adhuc , ut præfertur , vaca- re noscatur , nullusque de illo præter nos hac vice dispone- re potuerit , sivè possit , reservatiōne , & decreto obsistén- tibus supradictis ; & sicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Sebastiani , qui etiam litterārum Apostolicārum Scrip- tor existit , petitio continebat ; cum oppidum prædictum inter ália Regni Murciæ oppida , loci situ , ac ædificiōrum ornatū , ejusque districtus , agri fertilitatē , & incolārum , ac habitatōrum número celebre reputetur , etsit ; ac in eo Sanctæ Mariæ prædicta , & Sancti Georgii , ac Sancti Joannis , & Sancti Petri , ac Sancti Matthæi , & Sancti Clementis , ac Sancti Jacobi Parochiales Ecclesiæ ; necnon unum , seu una in Sanctæ Mariæ , ac reliquum , seu reliqua præstimo- nia , seu præstimoniales portiones , aut simplicia in Sancti Petri ; necnon in singulis eisdem septem Parochiálibus Ec- clesiis duo perpétua simplicia servitoria Ecclesiastica Bene- ficia existant ; & olim dum Regnum Granatæ à Saracenis occuparetur , Universitas dicti oppidi Saracenos oppidum ipsum tunc invadentes , notábili de eis parta Victoriâ Altíssimo favente , in festo Sancti Patritii propulsáverint , ac in Sancti Jacobi , quam in reliquis sex Ecclesiis prædic- tis servitoriōrum Beneficiōrum prædictōrum fructus , redi- ditus , & provéntus magis tenues existant , si dicta Ecclesia Sancti Georgii , suppressa in eâ invocatiōne Sancti Georgii hujúsmodi , in Collegiatam Ecclesiam sub invocatiōne Sanc- ti Patritii , cum mensâ Capitulari , sigillo , arcâ , seu bur- sâ commûni ; ac aliis Collegiálibus Insignibus , & in eâ dictus Archipresbyteratus , qui in aliquâ Ecclesia institu- tus non existit , ac dignitas , extra tamen Cathedralem Ec- clesiam , reputatur , cuique cura jurisdictionalis imminet ani- márum , & quem pro témpore obtinens ab eo pro solo nutu Episcopi Cartaginensis pro témpore existéntis amové- ri potest , suppressa in eo manualitate hujúsmodi in Abba- tiam dignitâtem ínibi principalem pro uno Abbe ac séxdecim canonicâtus , & tótidem Præbendæ perpetuò erigerêntur , & instituerêntur , ac eidem Abbatiae unus

ex

ex canonicatibus, & una ex Præbendis eidem perpetuò uni-  
réntur, annexeréntur, & incorporaréntur; necnon præ-  
timonia, seu præstimoniales portiōnes, aut simplicia; ac  
duo servitoria in Ecclesiâ Sancti Georgii beneficia hujus-  
modi perpetuo supprimerentur, & extinguerentur, ac sin-  
gulorum, videlicet, in Sancti Jacobi *media*, in reliquis  
verò sex Ecclesiis Beneficiorum servitoriōrum hujusmodi  
fructuum redditum, & proventum *duæ tertiæ* partes ab  
eisdem quatuordecim Servitoriis Beneficiis perpetuò sepa-  
raréntur, ac partes separatæ, necnon omnes fructus, red-  
ditus, & proventus præstimonialium portiōnum, aut sim-  
plicium Beneficiorum hujusmodi eidem mensæ in distribu-  
tiōnes quotidianas convertendas, *reliquis duōrum*, vide-  
licet, in Collegiatâ pro Capellanis, & aliis Officiâlibus,  
& Ministris in eâ per illius nunc, & pro tempore Ab-  
batis existentis liberum nutum inibi ponendis, & amo-  
vendis; aliōrum verò duodecim Servitoriōrum Beneficiō-  
rum in reliquis Ecclesiis sex hujusmodi fructuum, reddi-  
tum, & proventum *tertia*, & *media* respectivè párti-  
bus, quæ cum primitiis, & oblatiōnibus Ecclesiârum ea-  
rūmdem respectivè ad congruam sustentatiōnem Capella-  
nōrum, & Officialium, ac Ministrōrum hujusmodi respec-  
tivè perpetuōrum Beneficiatōrum sufficerent, ad hoc rema-  
néntibus perpetuò applicaréntur, & appropriaréntur; &  
quod Abbas, ut Caput, necnon quindecim Canónici Ec-  
clesiæ Collegiatæ hujusmodi Capitulum inter se constitue-  
rent; ac Petrus quoquè, & Joannes Martinez in Sancti  
Georgii, & Sebastianus prædictus, ac Magister Benedictus  
Gentilis Scriptor, & familiaris noster in Sanctæ Mariæ, &  
Clemens Perez, ac Martinus Pastor in Sancti Joannis, & Hie-  
ronymus Daraque, ac Fernández Rodriguez in Sancti Petri,  
& Laurentius Baldobin, ac Benedictus prædictus in Sancti  
Matthæi, & Didacus etiam Daraque, ac Michael Carrale-  
ro in Sancti Jacobi, & Didacus de Valdes, ac *Bartholo-*  
*mæus de la Cueva* in Sancti Clementis, Ecclesiis prædic-  
tis moderni Beneficiati servitoria; necnon Stéphanus de  
Villena, & Antonius de Villegas præstimonia, seu præ-  
stimoniales portiōnes, aut simplicia Beneficia hujusmodi,  
ad præsens obtinentes, Clerici dilecti filii Canonici dictæ  
Ecclesiæ Collegiatæ existerent, ac stallum in Choro, lo-

cumque, & vocem activam, & passivam in Capitulo ejusdem Collegiatæ Ecclesiæ, ac processiōibus, & aliis actibus Capitularibus Beneficiati moderni, videlicet, in Sancti Georgii prius, & post illos in Sanctæ Mariæ, ac deinde in Sancti Joannis, & successivè in Sancti Petri, ac deinde in Sancti Matthæi, & consequenter in Sancti Jacobi, ac successivè in Sancti Clementis Ecclesiis, & postremò Stéphanus, & Antonius hujusmodi à dextrâ, & sinistrâ dicti Abbatis partibus haberent, ac Petrus, & Joannes, necnon Stéphanus, & Antonius quamdiu vixerint; reliqui verò Beneficiati hujusmodi quamdiu servitoria Beneficia obtinuerint dumtaxat omnes, & singulos, prout de præsentî, percipiunt præstmoniôrum seu præstmonialium portiōnum, aut simplicium, & servitotiôrum Beneficiôrum suôrum hujusmodi respectivè fructus, redditus, & proventus in absentiâ percipere valerent, & deinde fructus, redditus, & proventus mensæ Capitularis hujusmodi æqualiter inter Abbatem, & Canonicos dictæ Collegiatæ Ecclesiæ in eâ personâliter résidentes, ac Divinis interessentes, dumtaxat loco quotidianârum distributionum dívidi debere statueretur, & ordinaretur. Ex hoc profecto decori, & venustati Oppidi, & Ecclesiæ Collegiatæ, ac Dioecesis prædictorum, ad laudem Omnipotentis Dei opportunè consulêtur, ac Divinus cultus, & sólitus Ministrorum Ecclesiasticorum númerus cum incolârum dicti oppidi eximia devotione, & spirituali consolatiōne ínibi augmentum susciperent. Quâre pro parte dicti Sebastiani nobis fuit humiliter supplicatum, ut erectionem, institutiōnem, suppressionem, extincțiōnem, uniōnem, incorporationem, applicatiōnem, separationem, appropriatiōnem, statutum, & hujusmodi ordinatiōnem facere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignarēmur.

Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod semper in uniōibus commissio fieret ad partes vocatis, quorum interest, Sebastiano, & Benedicto ob grata devotio-  
nis, & familiaritatis obsequia, quæ nobis, ac dictæ sedi hactenus impendérunt, & adhuc solícitis studiis impendere non desistunt, ipsisque, & Petro, ac Joanni, & Clementi, ac Martino, ac Hierónymo, ac Fernando, & Lau-

ren-

rentio , ac Didaco Daraque , & Michaeli , ac Didaco de Valdes , & Bartholomæo , ac Stephano , ac Antonio prædictis ob vitæ , ac morum honestatem , aliaque laudabilia probitatis , & virtutum merita , quibus ipsorum Sebastiani , & Benedicti personas etiam fide dignorum testimoniis juvari percipimus , & super quibus Petrus , ac Joannes , & Clemens , ac Martinus , & Hieronymus , ac Fernandus , & Laurentius , ac Didacus Daraque , & Michael , ac Didacus de Valdes , & Bartholomæus , ac Stéphanus , & Antonius prædicti apud nos fidedigno commendântur testimonio , specialem gratiam facere volentes , & quemlibet ex Sebastiano , ac Benedicto , & Petro , ac Joanne , & Clemente , ac Martino , & Hierónymo , ac Fernando , & Laurentio , ac Didaco Daraque , & Michaele , ac Didaco de Valdes , & Bartholomæo , ac Stéphano , & Antonio prædictis à quibusvis excommunicatiōnis , suspensiōnis , & interdicti , aliisque Ecclesiásticis sententiis , censuris , & pœnis , à jure , vel ab homine quavis occasione , vel causâ latis , sīquibus quomodolibet innodatus existat ad effectum præsentium dumtāxat consequendum harum serie absolventes , & absolutum fore censes ; necnon omnia , & singula alia Beneficia Ecclesiastica , cum cura , & sine curâ , quæ quilibet ex Sebastiano , ac Benedicto , non tamen in dicta Collegiata Ecclesia , & Petro , ac Joanne , & Clemente , ac Martino , & Hierónymo , ac Fernando , & Laurentio , ac Didaco de Daraque , & Michaele , ac Bartholomæo , & Stéphano , ac Antonio prædictis , etiam ex quibusvis Apostolicis dispensatiōnibus obtinet , & spectat , ac in quibus , & ad quæ sibi jus quomodolibet cōpetit , quæcumque , quodcumque , & qualiacumque sint , eorumque fructuum , reddituum , & proventuum veros annuos valores , ac hujusmodi dispensatiōnum tenores , præsentibus pro expressis habendis hujusmodi ; necnon dilecti filii nostri Matthæi tituli Sancti Angeli in foro piscium Presbyteri Cardinalis Ecclesiae Cartaginensis perpetui administratoris in spiritualibus , & temporalibus per sedem prædictam deputati , nobis super hoc humiliter supplicantis supplicatiōnibus inclinati auctoritate Apostolica tenore præsentium præstimonia , seu præstimoniales portiōnes , aut simplicia , *& in Ecclesia Sancti Georgii duo servitoria Beneficia , ac invocationem*

Sancti Georgii, & in Archipresbyteratu manualitatem  
hujusmodi perpetuo suppressimus, & extinguisimus; ipsamque Ecclesiam nuper Sancti Georgii in Collegiatam  
Ecclesiam sub dicta invocatione Sancti Patritii cum mensa Capitulari, sigillo, arcâ, seu bursâ communi, ac  
aliis Collegialibus Insignibus, & in ea Archipresbyteratum prædictum, ut præfertur, vacantem in Abbatiam dignitatem inibi principalem, ac sextdecim Canonicatus, &  
totidem Præbendas, sine alicujus perjudicio perpetuo erigimus, & instituimus; ac eidem Abbatiae unum ex Canonici-  
bus, & unam ex Præbendis eisdem perpetuo unimus,  
annectimus, & incorporamus; ac singulorum in Sancti Jacobi videlicet, media, in reliquis verò sex Parochialibus  
Ecclesiis Beneficiorum servitorum fructuum, reddituum,  
& proventuum hujusmodi duas tercias partes ab eis-  
dem quatuordecim servitoriis Beneficiis perpetuo separamus,  
& segregamus, illasque, necnon & singulos, & omnes  
fructus, redditus, & proventus præstimoniorum, seu præ-  
stitionalium portionum, ac simplicium Beneficiorum hu-  
jusmodi eidem mensæ in distributiones quotidianas conver-  
tendos; reliquis autem tertia, & media partibus fructuum,  
reddituum, & proventuum, singulorum quatuordecim ser-  
vitoriorum Beneficiorum cum primitiis, & oblationibus  
hujusmodi pro Capellanis, Officialibus, & Ministris, ac  
duodecim Beneficiatis prædictis respectivè, ut præfertur  
remanentibus perpetuo applicamus, & appropriamus; ita  
quod Sebastiano, ac Benedicto, & Petro, ac Joanne, & Cle-  
mente, ac Martino, & Hieronymo, ac Fernando, & Lau-  
rentio, ac Didaco Daraque, & Michaele, ac Didaco de  
Valdes, & Bartholomæo, ac Stéphano, & Antonio præ-  
dictis simul, vel successivè etiam in aliquo mensium or-  
dinariis Collatoribus per Constitutiones nostras, aut litteras alternativas, aliaque privilegia, & indulta quæcumque  
concessorum, & concedendorum decedentibus; aut præ-  
stmania, seu præstionales portiones, aut simplicia, &  
servitoria Beneficia hujusmodi, aliàs quomodolibet dimit-  
tentibus, vel amittentibus, & illis quovis modo, etiam in  
Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octo-  
bris, & Novembris mensibus, simul vel successivè vacan-  
tibus, etiam apud sedem prædictam liceat Abbatii, & Ca-

pi-

pitulo Ecclesiæ Collegiatæ hujusmodi per se , vel alium,  
 seu alios , partes fructuum , redditum , & proventuum ap-  
 plicatas , ac omnes , & singulos fructus , redditus , & pro-  
 ventus præstmoniorum , seu præstimonialium portiōnum,  
 aut simplicium Beneficiorum hujusmodi propria auctorita-  
 te nomine dictæ mensæ liberè percipere , exigere , & levâ-  
 re , ac *inter illos ex eis in dictâ Collegiata Ecclesia per-*  
*sonaliter residentes , ac Divinis interessentes dumtâxat*  
*æqualiter dividere* ; Abbatii autem nunc , & pro témpore  
 dictæ Collegiatæ Ecclesiæ ex nunc corporalem possessiō-  
 nem Canonicatus , & Prebendæ unitōrum prædictōrum , ju-  
 rīumque , & pertinentiārum suōrum omnium propria auc-  
 toritate liberè apprehēdere , & perpetuò retinēre , illorūm-  
 que fructus , redditus , & provēntus in suos , ac dictōrum  
 Canonicatus , & Præbendæ , ac Abbatiae usus , & utilitatem  
 convértere Diœcesani loci , & cuiusvis alterius licentiæ su-  
 per hoc mininè requisita . Quodque Abbas , ut caput , nec-  
 non quíndecim Canonici Ecclesiæ Collegiatæ hujusmodi  
 pro témpore existētes , capitulum inter se constituant , ac  
 in stallo loco , & voce prædictis præcedentiam , & or-  
 dinem supradictos servare debeant , & quod Stéphanus , &  
 Antonius præstmoniorum , seu præstomialium portiōnum ,  
 aut simplicium , & Petrus , ac Joannes servitoriōrum Bene-  
 ficiorum suōrum quandiu víixerint , reliqui verò Beneficiati  
 prædicti servitoriōrum Beneficiorum suōrum hujusmodi res-  
 pectivè , quandiu illa obtinuerint dumtâxat , omnes , & sin-  
 gulos fructus , redditus , & proventus , etiam mensæ appli-  
 catos , & pro Capellanis , Officialibus , & Ministris desig-  
 natos hujusmodi in absentiâ integrè , prout ante datam præ-  
 sentium percipient , & percipere poterant , percipere , exí-  
 gere , & levâre , ac Sebastianus prædictus , quoad víixerit ,  
 etiamsi Abbatiam cum illi unitis Canonicatu , & Præbendâ  
 hujusmodi reservâtis sibi illōrum fructibus resignârit , om-  
 nes , & singulos fructus , redditus , & proventus Abbatiae ,  
 & illi unitōrum Canonicatus , & Præbendæ hujusmodi in  
 absentiâ integre percipere , exigere , & levâre . *Ejus ve-*  
*rò in dictâ Abbatia successores fructus , redditus , &*  
*proventus ipsius Abbatiae , ratione Archipresbyteratus ,*  
*etiam in absentia , percipere , exigere , & levâre , ac*  
*in suos usus , & utilitatem convértere libere , & lici-*  
*te*

tè valeant ; ratione verò illi unitòrum Canonicatus , & Præbendæ hujusmodi , non in absentiâ , sed personaliter , ut præfertur , residendo , & interessendo percipere possint . Et quod illi , quibus ad præsens regressus , aut accessus , vel coadjutoriæ ad præstimonia , seu præstimoniales portiônes , aut simplicia , & servitoria Beneficia hujusmodi sint concessi , si regressus , aut accessus , vel coadjutoriæ hujusmodi sunt eis concessi , quoad omnia , & singula præmissa succedant , & substituti sint : *Et tam illi , quād Stéphanus , & Antonius , & Moderni Beneficiati prædicti occasiōne residentiæ , & interessentiæ in dictâ Collegiatâ Ecclesiâ , per eos quandiu commodo absentiæ hujusmodi gaudere voluerint faciendæ , nihil ex fructibus , redditibus , & proventibus dictæ mensæ habeant , aut percipere possint , sed omnes fructus , redditus , & proventus mensæ hujusmodi inter Abbatem , & Canonicos in dictâ Ecclesiâ Collegiatâ personaliter residentes , ac Divinis interessentes , & commodo absentiæ hujusmodi non gaudentes distribui debeant ; ac Petrus , & Joannes prædicti quamdiu perceperint ad servitium , & Curam animarum , ac onera quæcumque , ad quæ illorum ratione ante erectionem hujusmodi tenebantur , similiter omnino teneantur . Quodque Abbas , nunc , & pro tempore , & Capitulum dictæ Collegiatæ Ecclesiæ quandcumque voluerint , quæcumque statuta , & ordinatiōnes , licita , & honesta , ac Sacris Canonibus non contraria , prósperum régimen , ac tranquillum statum , & votivam directionem dictæ Collegiatæ Ecclesiæ , necnon modum , & formam in præmissis , & aliis Divinis Officiis dicendis , ac decantandis , & Capitularibus , ac aliis actibus publicis , & privatis , ac processiōibus faciendis tenendos , ac alia præmissa , & infrascripta omnia , & singula quomodolibet concernentia auctoritate Apostolica condere , alterare , & mutare , & quascumque de quibus sibi placuerit pœnis in contravenientes apponere , illaque executiōni debitæ demandare , ac aliad quæcumque in præmissis , & circa ea quomodolibet necessaria , & opportūnè facere , & exequi liberè , & licite valeant . Ipsaque statuta , & ordinatiōnes inviolabiliter observari debeant , & tam Abbatiæ , & Canonicatum , ac Præbendarum , hac prima vi-*  
ce

ce exceptâ , quam ut prius duodecim Beneficiôrum ser-  
vitoriôrum pro tempore vacantium , prædictôrum Collatio,  
provisio , & omnîmoda dispositio ad loci Ordinarium (sal-  
vis Apostolicis reservatiôibus ) liberè pertineat , statuimus ,  
& ordinamus , ac Ecclesiæ Collegiatæ prædictæ , illis-  
que Abbatî , Canonicis , Capitulo , Ministris nunc , &  
pro tempore existentibus ut omnibus , & singulis pri-  
vilegiis , immunitatibus , prærogativis , exemptionibus ,  
præeminentiis , antelatiôibus , indultis , favoribus , con-  
cessiôibus , & gratiis , quibus aliæ Castellæ , & Legionis  
Regnôrum Collegiatæ Ecclesiæ quæcumque , ac in eis  
dignitates obtinentes , illarumque Capitulum , Canonici ,  
& Ministri , tam de jure , & consuetudine , quam alias  
quomodolibet utuntur , potiuntur , & gaudent , ac uti  
potiri , & gaudere , pôterunt in futurum , ipsi quoque  
uti , potiri , & gaudere liberè , & lícitè valeant , indul-  
gemus ; necnon Abbatiam cuius , & illi annexôrum Canonica-  
tus , & Præbendæ prædictôrum quinquaginta cum eisdem uni-  
tis Canonicatu , & Præbenda Sebastiano , ac unum , & unam  
Petro , ac alium , & aliam Joanni , ac duos , & duas Be-  
nedicto , ac unum , & unam Clementi , ac alium , & aliam  
Martino , ac alium , & aliam Hierónymo , alium , & aliam  
Fernando , ac alium , & aliam Laurentio , ac alium , &  
aliam Didaco Daraque , ac alium , & aliam Michaeli , ac  
alium , & aliam Didaco de Valdes , ac alium , & aliam Bar-  
tholomæo , ac alium , & aliam Stéphano , ac reliquum , seu  
reliquam Canonicatus , & Præbendas per præsentes erectos  
hujusmodi quôrum singulôrum viginti quatuor ducatôrum  
auri de Camara fructus , redditus , & proventus secûndum  
communem æstimationem valorem annum , ut ipsi Sebas-  
tianus , ac Petrus , & Joannes , ac Benedictus , & Clemens ,  
& Martinus , & Hierónymus , ac Fernandus , & Lauren-  
tius , ac Didacus Daraque , & Michael , ac Didacus de Val-  
des , & Bartholomæus , ac Stéphanus , & Antonius respec-  
tivè asserunt , non excedunt ab eorum primæva erectiône  
hujusmodi vacantes , de quibus nullus (præter nos) hac vi-  
ce dispónere potuit , sive potest , reservatiône , & decreto  
obsistentibus supradictis , cum plenitudine juris canonici , ac  
omnibus juribus , & pertinentiis suis Antonio prædictis  
conférimus , ac de illis etiam providémus , decernéntes ,

prout

prout est irritum , & inane , si secus super his à quocumque quâvis auctoritate scienter , vel ignoranter attentatum forsitan est hactenus , vel in pôsterum contigerit attentari , non obstantibus voluntate priori nostra prædicta , aliisque Apostolicis , ac in Provincialibus , & Synodalibus Conciliis , edictis generalibus , vel specialibus constitutiōibus , & ordinationibus contrariis quibuscumque , aut si aliqui super provisiōibus sibi faciendis de præstimoñiis seu præstimonialibus portionibus , aut hujusmodi speciales , vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus generales dictæ sedis , vel legatôrum ejus litteras impetrarint , etiamsi per eas ad inhibitioñem , reservatioñem , & decretum , vel alias , quomodolibet sit processum : quásquidem litteras , & processus habitos per easdem ac indè secuta quæcumque , necnon quascumque expectativas gratias , ac speciales , vel generales , etiam mentales reservatioñes , ac perpetuas , & temporales uniōnes , annexioñes , incorporatioñes , aliàsque suppressiones , extinctiones , applicatioñes , appropriatioñes , nominationes , nominandi , providendi , uniendi , suppressiendi , extinguendi , appropriandi , applicandi , ac aliàs facultates , litteras , mandata , gratias , & indulta quæcumque , etiam cum provisiōibus , ac aliis dispositioñibus , ex tunc prout cum vacarent , & è contra quibusvis , etiam familiaribus continuis commensalibus nostris antiquis , ac descriptis , ac Sanctæ Rom. Eccles. Cardinalibus , & aliis personis , ac Ecclesiasticis locis quibuscumque , ac eorum necnon Imperatoris , Regum , & aliorum Principum , ac Prælatôrum consideratiōne , instantia , intuitu , vel respectu , & ob augmentum Cultus Divini , ac favorem fidei , aliàsque quantumcumque urgentissimas , & justissimas causas , ac per viam generalis legis , & statuti perpetui , ac initi , & stipulati , contractus , ac motu proprio , & ex certa scientia , ac de Apostolicæ potestatis plenitudine , & cum quibusvis irritativis , annullativis , cessativis , revocativis , præservativis , exceptivis , restitutivis , declarativis mentis , attestativis , ac derogatoriârum derogatoriis , aliisque efficacionibus , efficacissimis , & insolitis clausulis in genere , vel in specie , etiam nominati de dictis præstimoñiis , seu præstomialibus portionibus , aut simplicibus , & servitoris Beneficiis , ac Archipresbyteratu per nos , ac dictam Sedem quomodolibet hactenus

con-

concessa , ac deinde concedenda illorum omnium tenores  
 præsentibus pro sufficienter expressis habentes , ac de verbo  
 ad verbum insertis ; necnon modos , & formas ad id servan-  
 dos , pro individuo servatis , ac præstimonia , seu præstimo-  
 niales portiōnes , aut simplicia , & servitoria Beneficia , ac  
 Archipresbyteratum prædicta volumus , non extendi , sed nul-  
 lum per hoc eis , quoad executiōnem præstimentiōrum , seu  
 præstimonialium portiōnum , aut Beneficiōrum aliōrum præ-  
 judicium generari , seu si Episcopo Cartaginensi pro tém-  
 pore existenti , vel quibusvis aliis commūniter , vel divisim  
 ab eādem Sede sit indultum , quoad receptiōnem , vel pro-  
 visiōnem alicujus minimē teneantur , & ad id compelli non  
 possint per litteras Apostolicas non facientes plenam , &  
 expressam , ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi  
 mentionem , & quibuslibet aliis privilegiis , indultis , ac lit-  
 teris generalibus , vel specialibus , quorumcumque tenorum  
 existant , per quæ præsentibus non expressa , vel totaliter  
 non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet ,  
 vel differri , & de quibus quorumcumque totis tenoribus de  
 verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio spe-  
 cialis , nos enim cum Benedicto prædicto , ut duos Ca-  
 nonicatus , ac duas Præbendas sibi collatos prædictos vigore  
 præsentium recipere , & in simul quoad vixerit retinere li-  
 berè , & lícite valeat , constitutiōnibus Apostolicis cæte-  
 risque contrariis nequaquam obstāntibus , auctoritate , &  
 prædictis tenore de specialis dono gratiæ dispensamus , pro-  
 viso quod Archipresbyteratus , ac præstimonia , seu præs-  
 timoniales portiones , aut simplicia , & suppressa servitoria  
 Beneficia , ac uniti necnon Benedicto collati Canonicatus ,  
 & Præbendæ hujusmodi débitis propterea non fraudentur  
 obsequiis , & animârum curâ in dicto Archipresbyteratu nul-  
 látenus negligatur , sed illius , ac præstimentiōrum , seu præs-  
 timotionalium portiōnum , aut simplicium , & suppressōrum  
 servitoriōrum Beneficiōrum , ac unitōrum , & Benedicto  
 Collatōrum Canonicatum , & Præbendarum prædictorum  
 congruè supportentur ónera consueta . Nulli ergo omnino  
 hóminum líceat hanc páginam nostræ absolutiōnis , suppres-  
 siōnis , extinciōnis , erectiōnis , institutiōnis , unionis , an-  
 nexiōnis , incorporatiōnis , separationis , segregatiōnis , ap-  
 plicatiōnis , appropriatiōnis , statuti , ordinatiōnis , indulti ,
 col-

collatiōnis , provisiōnis , decreti , voluntatis , & dispensatiōnis infringere , vel ei ausu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præsumperit , indignatiōnem omnipotenti Dei , ac Beatōrum Petri , & Pauli Apostolōrum ejus sēnōverit incursum . Dat . Romæ apud Sanctum Petrum , anno Incarnatiōnis Dominicæ millesimo quingentesimo trigesimo tertio , septimo Kalendas Maji , Pontificatus nostri anno decimo . F. de Ribera pro Comput.<sup>re</sup> = Pet. de Fulgino pro Mag.<sup>o</sup> = Nicolaus de Miniatis .

*D. Francisco Oliva y Teruel, y D. Juan Antonio Zerezo, Presbíteros . Notarios Apostólicos , y Secretarios Capitulares de los Señores Abad, y Cabildo de la Insigne Iglesia Colegial de San Patricio de la Ciudad de Lorca fuimos presentes al ver sacar , corregir , y concertar este traslado con su original , que va en seis fojas útiles con esta que es la Bula escrita en pergamino , pendiente de ella un sello de plomo en un cordon de seda encarnada , y pagiza , que para este efecto se sacó del Archivo de dicha Iglesia Insigne Colegial de una Caxa de hoja de lata al legajo 2. númer. 1. por los Señores Claveros de dicho Archivo , con la que concuerda fiel , y legalmente , á la que nos remitimos , y devolvimos á dichos Señores Claveros , que colocaron en él , y en fe de ello en virtud de decreto del Cabildo de la referida Iglesia , signamos , y firmamos en dicha Ciudad de Lorca á dos dias del mes de Junio de mil setecientos ochenta y seis años .* =

EST  
TA  
N.

AYUNTAMIENTO  
DE MURCIA  
ARCHIVO

EST. .... 5

TAB. .... B

N.º .... 45